



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Ex ordinis abusu.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

tionem dedit mulieri, ne concipiat. *Sot. d. 25.
q. 1 art. 3. Nau. n. 223. Sayrus l. 7. c. 1. nu. 2.*

Ex Ordinis abusu, uide Ordo.

1. **Q**ui, cum sit excommunicatus, ordinatur in sacris, est Irregularis. Idemq; de suspenso, & interdicto quidā aiūt, alij negāt. Dispensat Episcopus cum ingrediente Religionem, aut si est occultum.

**Nau. nu. 241.*

Idemque? *Nau. l. c.*

2. Item qui accipit eodem die cum minoribus Ordinem sacrum (nisi excuset consuetudo) aut duos sacros. Dispensat Episcopus, vt acceptis prius vti possit, & Prælati cum Religioso, etiam vt ad maiores ascendat.

**Syl. Irregularitas nu. 5. Nau. l. c.*

Dispensat? *Nau. l. c. secundo.*

3. Item qui ordinatus à denunciato, excommunicato, suspenso, interdicto, Simoniaci, vel hæretico, nisi excuset ignorātia, aut met^o.

**Nau. l. c. 4. Fum. Irregul. num. 78. Tot. l. l. c. 30.
num. 3.*

4. Item Clericus, qui serid, & solemniter vnitur Ordine sacro quo caret. Dispensat verò Episcopus, vt accepto ordine vtatur, non vt ascendat.

**Nau. l. c. 7. § Dispensat? Nau. l. c. nu. 243.*

5. Cantans Epistolam solemniter, sed sine manipulo, non fit Irregularis. *Ang. Irregula-*

ritas, l. n. 38. Syl. verb. Irregularitas n. 14. & Nau. c. 27. nu. 242.

*Vide Syl. l. c. nn. 14. Nau. l. c. 7.

6 Item qui sciens se excommunicatum aut suspensum ob delictum ab habente iurisdictionem exteriorem, aut interdictum, facit solemniter in foro exteriori actum Ordinis sacri (qualis non est prædicare, nec matrimonio assistere, vt Parochum, aut exercere iurisdictionem; nõ est enim propriè actus Ordinis) aut ad eum dat auctoritatem, nisi excuset necessitas, aut ignorantia. An verò liceat exercere Pontificalia, Vide Suarez disputat. 42. sect. 4. numer. 14. Quòd si quis sit suspensus solum ad tempus, multi censent, si celebret non fieri irregularem. Syl. V. suspensio. nu. 5. & Ang. suspensio. 3. num. 1. quod verum est si elapso dicto tempore celebret, quia solo lapsu temporis sine alia absolute suspensio tollitur; vel si non sit vera suspensio, sed prohibitio quædam.

*Item Nau. nu. 163. loquens de suspensio.

Prædicare Nau. l. c. Fu. suspensio. n. 15.

Pontificalia Nau. l. c. putat, fieri irregularem pontificalia pontificali ritu exercentem, cum Episcopatus sit ordo.

7 Dispensat in prædictis Papa. Nec oportet dicere in supplicatione, se sæpius in ea re peccasse; sufficit enim dicere, incurrisse irregularitatem.

EX